



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§ 10. De bonis traditis in Guddianstede in pago Falim.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
822 vsque
826 im-
perante
Hludo-
uico et

unum cum filiis et mancipia decem theodrad et uxor eius cum infantibus IIII nec non maynred uuilman folculf aluo testes asulf tado afika liutdae heriger tado graculf haduuert helmuard.

§. 10.

Tradiderunt duo fratres ualtmer et reutmer pro remedio animae fratris sui hominem nomine aso cum uxore et infantibus testes ingadag oio ail-dag bernuard niithard albmer addic uualdulf uuihelm uualding teodo heinric liutdag.

tradidit ofdac in *guddianstede* (R) quidquid ibi habuit siue in hominibus siue in terris seu etiam in filiis testis hildiuert throitbold uillet hildiger aico.

§. 11.

Tradiderunt duo fratres hrodold et teutmar in *uuaritbeke* (r) de terra iurnales (s) IIII testes hildibern oio helmulf heriman halmger rainold baio hroduard.

§. 12.

lum M. locum quendam ibidem inhabitandum donasse, quem eius posterii dicti *de Valbusen* possederint, vsque dum ultimus huius familiae concesserit naturam. Quemadmodum igitur hic aperti mendacii arguitur Letznerus, sic desinat aliquando viri eruditi cum Letznero fabuloso, qui in antiquioribus plerumque nugas habet, venales ineptire. Est autem villa *Falobur* eadem villa, in qua decimam Wernerus de Brakel (non Wernerus de Bruck, vti *Origin. Pymont. & Sualenb.* p. 53. et 57. voluit) in beneficio seu feudo tenuit a Volquino comite de Sualenberg. Minus bene ergo villa *Valbusen* l. c. *Walbusen* hoc loco intelligitur. Asulfus, qui bona tradidit in hac villa, videtur fuisse *Asolf*, qui anno 815 bona quaedam tradidit ecclesiae Fuldensi in pago Grapfelde in villa Rannungu, testante I. F. Schannari *Corpore Trad. Fuld.* p. 118. Fortassis is est Esulfus, qui infra §. 104. inter coheredes ducis Ostfalarum *Hessi* refertur.

De villa
Gudian-
stede.

(R) In registro nostro MS&to bonorum Corbeiensium villa *Guddianstede* in pago *Falim* reperitur, quam vnanimam eandemque cum hac nostra *Guddianstede* esse, minime dubitamus. Existisse autem pagum *Falim* in ducatu Brunsvicensi et episcopatu Hildesensi, et quidem iis in regionibus, quae Brunsvicum et Guelpherbitum vrbes occidentem versus attingunt, infra §. 35. pluribus monstrabimus. Quodsi ergo in episcopatu Hildesensi in praefectura Peina vicus quidam nomine *Gadensted* reperitur, per *Guddianstede* villam, eundem vicum *Gadensted* intelligimus, qui in litteris e seculo XIII et XIV adhuc *Goddestede* et *Godensled* adpellatur, tandem vero *Gadensted* dicitur. Per *homines*, quos *Ordac* monasterio nostro donauit, mancipia intelligi arbitramur. Totam enim Saxoniam nostram mancipiis fuisse oppletam, passim haec Traditiones, nostraeque Corbeiensia monumenta approbant, de quibus in Observationibus nostris historicis de *Vitusmanno* pluribus egimus.

De villa
Waritbe-
ke.

(r) *Waritbeke* villa erat, testante Registro nostro in nota (R) citato, in pago *Auga*, iam vero desolata est. Situs fuit locus in campo *Stummergenfelde* supra *Huxariam* in loco dicto *Varbeke*. Insignis olim praepositura in campo *Lüre*, vulgo dicta *Negenkercken* seu Ecclesia Nova prope Corbeiam, ab abbate Corbeiensi *Adalgerio* anno 863 fundata, in eadem villa *Varbeke* bona quaedam possedit, quae sine dubio fundador eius, qui frater Archiepiscopi *Hamburgensis* eiusdem nominis fuit, eidem praepositurae donauit, vti *Regijrum MS&tum bonorum huius praepositurae* testatur.

De Iur-
nalibus.

(s) *Iurnalem* denotare iugerum, *einen Morgen Lander, ein Tagewerk zu mehen*, ex diplomate regis *Arnolphi* pater. Cum enim dilecto comiti suo *Ekbertho XXXVI* mansos, id est, hobas, vti supra §. 3. not. (v) didicimus, donaret, vnaquaeque hobas habebat iurnales (iournées) sexaginta, id est LX iugera, vti in nostro registro MS&to et loco excitato definitur. *Teutmar*, qui haec bona cum fratre *Hrodoldo*

tra-